

DELICIARUM
EPISTOLICARVM

Exercitatio Extraordinaria

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnāſii Hallenſis

Respondente

JOHANNES KESLERO

Lauchâ Tyrigetâ

Die conversionis Pauli

is. DC. XLIV.

HALLIS SAXONUM

*Typis Heredum Melchioris Oel-
schlegelij.*



VIRIS

*Admodum Reverendis, Amplissimis,
Clarissimis, Doctissimis ac Præstantissimis*

Dn. PAULO SPERLINGIO S. S.

Theolog. D. & in Freibergensium urbe
Superattendenti Vigilantissimo, summo
suo Mæcenati, Promotori atq; Avuncu-
lo Patris instar venerand o

Dn. ANDREÆ MOLLERO Med. D.

Physico ibidem, uti Celeberrimo, ita Gra-
vissimo, Honoratissimo.

Dn. M. DAVIDI QVELMALZIO

Rectori Fidelissimo Præceptori suo mel-
litissimo.

Dn. ANTONIO WALLENBUR-

GIO Lauchæ literarum publicarum Ma-
gistro, multum conspicuo.

Dn. M. DAVIDI FUNCKIO Pasto-

ri Ecclesiæ in Dietmansdorff Fidelissimo.

*Dominis Mæcenatibus, Patronis,
Favitoribus, Benefactoribus ac Pro-
motoribus æviternum deveneran-
dis, in debita observantia ac grati-
tudinis τρυφήν*

*Has primitias exhibet &
offert*

Respondens

EPISTOLÆ

in die conversionis Pauli

ANALYSIS.

Actor. 9 à. v. 1. usq. ad 23.

THESIS I.



Nabuchodonosor

Dan. 4, 30. in Deū contumax, demum tamen subigitur, nempe eiectus ad bruta ad cognitionē usi Dei, ita sui tandem pervenit. Et

Pharao ausus dicere:

Exod. 5, 2. Quis Dominus ut audiam eum, at in brachio forti victus perit in mari cum suis. Ita Antiochus, ita Herodes divinā vi coerciti, omnes tamen ad interitum. Saul furens verò ad salutem: forte secundum Aug. quia orationi Stephani donatus fuit. Nisi enim Stephanus pro lapidantibus orasset, Ecclesia Paulum nō habuisset. Quin Chrysostronus putat, sexcentos viros de tribu Benjamin ab cœde reliquos servatos fuisse Judic. 21, 17. ut Paulus

4 2

inde

inde nasceretur. Nec immerito: nam S. Aug^{us}
gustinus ait Benjaminem binominem gessisse
Pauli typum, quia prius Saulus, quasi benoni
filius doloris ut persecutor; deinde fuit Paulus
Benjamin filius dextra, uti cooperarius Christi.
Fuit quidem novissimus Apostolorum, 1. Cor.
4. 9. Sed factus est primus studio & diligentia
Spiritus 1. Cor. 15. 10. 2. Cor. 11. 20.

2 Quomodo hoc factum sit docetur
in ejus conversionis historia, quæ desumpta
est ex Act. 9. 1. usq; ad 23. In qua habentur tū
antecedentia de ejus persecutione; quia ad-
huc dum Saulus erat, per ad principem Sacer-
dotum accessionem. v. 1. in quo habetur ejus
animus tum quoad subjectum: Dicitur enim
quod ° Saulus spiraverit minas ac cædem;
non perfunctoriè tepideq; sed ferventer omniq;
adhibito conatu, quod testatur Act. 26. 9. Ho-
stis quippe fuit nominis Christi infensissimus
persecutor & homicida crudelis.

3 Tum quoad subjectum adversus scili-
cet Christi Domini discipulos, velut Bileam
Num. 22. 11. quasi quidā mercede conductus ut
populo Dei malediceret, velut Haman impius.
Esth. 3. 2 Spirabat enim minas in absentes, spira-
bat cades in presentes, potissimū tamen advero
sus discipulos. Quippe Diabolus non persequis

enr inquit August. Hom: 25. de dempore, nisi bonos.

4 In quo & ejus effectus, dum accessit ad Principem sacerdotum, ut nimirum liberius & majori cum authoritate id exequeretur. Per principem vero intelligit summum pontificem, sine cuius voluntate & authoritate non licebat in sacris quippiam tentare.

5 Fuit enim apud Iudaeos triplex in una tribu Levi sacrarum personarum ordo. Primum locum tenebat pontifex sive sacerdos summus, qui & Princeps sacerdotum, qualis hic intelligitur, vocabatur. Deinde reliqui, qui in certis urbibus, quas incolebant, ut ad sacra certo tempore redirent, distributi erant per classes 24. 1. Par. 24. 4. 5. qui in functionibus sacris per vices sibi succedebant & ἐπιεργεῖαι appellantur Luc. 1. 8. Quorum capita etiam Principes dicebantur, Joh. 7. 48. Et ἀρχιερεῖς Matth. 2. 4. Marc. 14. 53. Qua appellatione non plures Pontifices, sed classium solum principalium principes indigitabantur. Tandem Levitæ sequebantur, qui ministri etiam in certis totidem stationes divisi. Saulus itaque ad summum accessit, ut à summo summam haberet potestatem, Ordinem non solum observare voluit, sed etiam in eo à sum-

missis probari probavit, dum adversus discipulos Domini minas ac caedem spiravit.

6. Et per Epistolarum ad ducendos vinctos impetrationē v. 2. In quo Sauli propositum, quod petierit à summo principe epistolae: non solum Hierosolymis minas spirabat, & caedes intentabat, sed & ad loca remota petiit licentiā per Epistolas. Uti solet temeritas auctoritate publica abuti, seq̄ ea ipsa commendare apud suos & apud alios. Ita etiam fecit Haman.

7. Et effectum, ubi forma continet locum, quod Damascum versus ad synagogas petierit per epistolas. Celebrior enim erat illa urbs potissimum propter mercimonia: ideoq̄ inibi, uti fieri solet in populosioribus urbibus, Deum iam accenderat veritatem religionis. Ad Synagogas vero, quia in illis sunt prima fundamenta omnis religionis ponenda. Arbitratq̄ itaq̄, quod & Julianus Apostata fecit, si Scholae vastarentur et tollerentur, Christianorum facile iri dirutum totum religionis negotium.

8. Tum finis, quo si quos invenisset sive viros sive mulieres vinctos duceret Hierosolymā. Quomodo hoc ipsū etiā Hierosolymis praestiterit, Actor. 9, 3. narratur & sequent. 1. Cor. 5, 9. Gal. 1, 13. 1. Tim. 1, 13. Idq̄ factum ex
infirmo

infirmirate periculosa dum ex ignorantia fecit,
non juris, sed facti. Quamvis & ignorantia
simplex in eò deprehendatur; ideoq; excusatur
non quidem à toto, sed à tanto, uti ipse testatur,
1. Tim. 1, 13.

9 Et de ejus mutatione, cujus modò
partim in lignis; & est p̄loquentis illumina-
tio v. 3. In quo occasio, cum iter faceret con-
tigit. Dignus quidem fuisset, quem terra de-
glutiisset ut Chorah, Dara, & Abira, Num. 16,
32. Sed Deus misericordissimus in hoc itinere o-
mnipotentimodo misertus & Sauli & sui etiam
populi, ut ostenderet omnia pervenire ex DEI
misericordia.

10 Tum ratio, quoad locum cum
appropinquaret Damascũ, non solus sed cum
comitibus & exercitu suo, uti patet ex sequent.
Atq; ubi videbantur omnia deficere respectu
Christianorũ auxilia humana, ibi incipiebant
divina; adeò quidem ut ipse persecutor maxi-
mus sit factus tutor ecclesie optimus.

11 Quoad modum dum subito cir-
cũ fulsit lux de cœlo. Scilicet nescit tarda mo-
mina S. S. gratia uti loquitur Ambrosius. Et
lux fuit clarior splendore Solis, uti Act. 9, 3. va-
ret. Lux illa fuit repentina in celeritate, quia e-
um subito mutavit in alium virum in sciencia,

vita & mentis constantia; fuit etiam lux immē-
sa, quia circumfulsit & ab intra & extra, in in-
terioribus per sapientiam, quia omnia mysteria
Scriptura intellexit; Ab extra per lucidam
conversationem dum lux erat coelica propter
ea etiam dicit, conversatio nostra in caelis est
Philip. 3, 20. & praefigurata in Saule 1. Reg. 10, 6
ubi dicitur de isto: insiliet in te Spiritus Domi-
ni Spiritu repentino & prophetabis & muta-
beris in virum alium, scilicet haec mutatio ex-
celsi, Psal. 77, v. 11. De quo & 2. Cor. 4, 6
quod DEUS iusserit ex tenebris lucem illuce-
scere.

12 In verbis partim simpliciter habe-
tur relatio v. 4 in quo quoad facta quod col-
lapsus in terram audiverit vocem. Nimi-
rū collapsus ex nimio terrore, prout describitur
Act. 9, 6. uberius, ita collabebantur iidem in-
terrogati à Christo hostes capere volentes ipsum
ut demonstraretur vocis Domini potentia &
majestas.

13 Quoad verba dicentem Saul, Saul
quid me persequeris? Duplicatur nomen ad
movendam eius intentionem; quasi diceret,
gravis est tua infirmitas, quia medicum con-
temnis & furor tuus magnus. Persequebatur
verò, Saulus interrogantem non in propriis
perso

persona, quia iam sedebat ad dexteram Patrie gloriosam, sed in membris, quippe tantam habet Dominus dilectionem suorum, ut quod ipsis fit, sibi fieri asserat *Matt. 25, 40.*

14 Reciproce per interrogationem, ubi est inclamantis denominatio v. 5, in quo Sauli quaestio dum dixit, quis es Domine. Agnoscit enim potentiam majorem; Unde Dominum appellat; quamvis an Deus, an Angelus sit, adhuc dum ignorat.

15 Et responsio Christi per descriptionem, quod sit JESUS, quem persequebatur; nempe intuitu Christi et propter confessionem ejus omnia perficiebat Saulus; Et quia in persecutione pressorū caput. Sicut igitur membro licet infimo in corpore laeso clamat lingua, quid me ledis? Sic persecutionem sustinentibus membris corporis Christi mysticis ipsū caput summum dixit. Ego sum Jesus, quem tu persequeris, quasi diceret, non hominē, sed Deum, non creaturam sed creatorem. Unde dixit ego sum Jesus Salvator, qui salutem tuam, Et non aliud quero. Sed persequeris Redemptorē, persequeris Dominum, persequeris Patrem, persequeris Ecclesiam: nam uti habetur *Matt. 25, 40.* Quod uni de fratribus fit, Jesu fit Et *Zach. 2, 8.* qui ejus fidelis, tangit pupillā oculi.

sci-

Scilicet Christus est aquila ait Gregorius l. 320.
Motal: c. 33. protegit suos.

16 Et per rationem, quia durum erit
contra stimulum calcitrare seu potentiori resi-
stere. Est enim proverbiale dictum ab Euripi-
de in Bacchis, a Pindaro in Pythia, a Terentio in
Phormione usurpatum: quia veteres stimulis usi
sunt, quibus infixum erat ferrum acuminatum,
quo arator pungebat, et ad laborandum stimu-
labat boves, unde et Βυξέντοι dicuntur. Quod
si ergo calcibus hos contra cuspidem stimuli re-
calcitrabat non stimulum, sed se ipsum laedebat.
Sic Saulus persequens Christum in suis fidelibus
non ipsi, sed sibi met damnum inferebat, Loqui-
tur autem Dominus de statu peccati in quo erat
Apostolus et propterea durum erat.

17 Et Pauli praestatio v. 6. In quo e-
iusdem desiderium, quod continet tum statum,
quod tremens ac stupens dixerit. Ita repente
ex pessimo optimus factus dum manus Domini
ipsum tetigit Job. 19, 21, Nihil ergo sibi tri-
buit.

18 Tum continet interrogatum: Do-
mine quid me vis facere? Ita mox parat se
ad obediendum, qui prius saeviebat ad perse-
quendum. Non ergo sua erat potentia, sed Dei.
Quemadmodum etiam legitur, 1. Reg. 3, 9. de
Samm-

Samuele idē desiderasse. Qua sequendi Domi-
num celeritate vicit reliquos Apostolos & factus
est novissimus primus.

19 Tum Domini mandatum, ut in-
grediatur civitatem surgens. Quo docetur,
quod ille, qui Deo vult placere, debeat surgere
à vitiis & ingredi in civitatem in unionem san-
ctae matris Ecclesiae. Et dicitur tibi, quid oportet
te facere, ut ablegaretur ad ordinariū mi-
nisterium. Non quoad Apostolatū & E-
vangelium, nam utrumq; à solo Christo imme-
diatè acceperat. Rom. 1, 5. Gal. 1, 1. & 12. Sed
quoad medium sanitatis & roboris recuperandi
& salutis, quod Baptismus est, informanda.

20 Et ejus effectus, qui consistit par-
tim in comitum perturbatione, v. 7. In quo
de scriptivè, quoad totum, quod comites
itineris steterint attoniti, ut qui collapsi pri-
mo cum Saule praeterrere erant, uti cap. 9, 7.
memoratur: postea se paululum recolligentes
surrexerunt & praestupore quasi muti facti sunt:
hoc enim vocabulum ἐννέοσ secundum Aristo-
telem denotat.

21 Quoad partes affirmativè quod au-
dierint vocem Pauli Act. 9, 9. Siquidem
distinctè aliam non percèperunt, uti & Job 12, 18
factum legitur. Negative, quod neminem tamē
vide-

viderint, seu nullum hominem. Lumen ve-
rò quo ipsi etiam tantopere perterriti percepe-
runt.

22 Tum in Sauli excæcatione 7, 8. in-
quo antecedens quod surrexerit Saulus è
terra. Ita exterior dispositio corporis interiorè
significabat, ipse namq; tunc ab omnibus terre-
nis affectibus surrexit.

23 Consequens quod apertis oculis
neminem viderit, ut scilicet videret cœlestia
cum visus esset clausus ad terrèa, & quod manu
introduxerint illum Damascum. Sic subito ne-
bula gloria carnalis dispulsa, ut qui ante spira-
bat adversus Dominum minas & cades, nunc
ex consternatione corporis, & cœcitate debilis
opus habebat, ut manu duceretur. Quiq; ali-
os violenter ducturus in vincula, ipse captivus,
ducitur Domino, & qui aliis viam veritatis
intercluserat, opus habebat via ductore.

24 Tum & incœcitatatis duratione v. 9.
inquo directè quod tribus diebus non vi-
derit. Sic Corporalis cœcitas erat admonitio
de cœcitate spiritali duravitq; per triduum.
quia non credebat. Christum tertia die resusci-
tatum.

25. Et inditectè quod prater ea ieiuna-
verit secumq; oraverit: nō quod quidā volunt

rad.

vaptum habuerit, de quo 2. Cor. 12, 2. cum non congruant circumstantia, sed quod in culpa deprecatione occupatus anxie fuerit.

26 Tum consequentia: ubi partim illuminati informatio, cuius causa efficiens instrumentalis est Ananix visio, cuius tum est revelatio, v. 10. In quo descriptio Ananix, quod fuerit discipulus quidam Damasci nomine Ananias: nempe erat is Evangelista missus Damascum ab Apostolis ex iudaismo in Christianismum conversus conscientia & vita famosus. Act. 22, 12. ad Evangelium Christi ibi predicandum & baptismum administrandum, qualis etiam erat Cesarea Philippus Act. 21, 8. Eph. 4, 11.

27 Tum per visum collocutio, quod dixerit ad illum Dominus, Anania, & responderit ecce ego Dominus, nempe eo cum ministro uti voluit Christus pro sapientissima sua & liberrima voluntate in instituendo & confirmando Paulo, quales vocationes alias etiam in Prophetis leguntur.

28 Tum est commendatio in inquisitione, ubi designatio v. 11. in quo Domini mandatum, quod dixerit ad eum surge & vade in vicum & quare Saulum; quia dixerat Dominus in via, dictum iri illi quid oporteat facere: ide-

oq; ablegat, ita ut indicet unū locum qui dicitur
vicus rectus, non pagus, sed pars urbis, dum ci-
vitas distinguitur in vicos, partes vici in vi-
as, via in domos. & rectum nominat vicum quia
ab errore erat reducendus, ideoq; providentia
DEI ita disponente in recto vico etiam qua-
rendus.

29 Addit quoq; specialiter tum locū
quod in domo Judæ Saulus nomine Tarsen-
sis: quia de Tarsis erat oriundus. Illuc enim pater
ejus trans latus fuit de Judæa, ubi creverat po-
testate & fama, uti notat Lyra 2. Timoth. cap.
ultim.

30 Tum statum, quod Saulus ibi oret:
Quod optimum remedium in omnibus angu-
stis & miseris. Ita DEVS omnino pre-
ces & suspiria, etiam in occulto cordis facta no-
vit & exaudit Ps 50, 15.

31 Et determinatio. v. 12. in quo quod
Saulus partim viderit per visum Ananiam,
& introcuntem: nempe ut nec Ananias Sau-
lum neq; hic illum vereretur & repelleret, u-
trumq; ita informat, atq; ita demonstrat futu-
rum utriusq; officium, & non tantum per divi-
nam revelationem vidit personam, sed etiam
nomen cognovit. Et imponentem sibi manum
ut visum reciperet. Non quidem ad impe-
175-

rationem Spiritus Sancti. uti Act. 8, 17. Sed
ad sanationem defectus corporalis. Ita scilicet
sapientia coelestis delicia sunt cum filiis homi-
num Prov. 8. 31.

31. Et in ejusdem exceptione quoad
rationem dum Ananias recusavit propter
Sauli persecutionem v. 13. In quo in gene-
re, quod responderit Ananias: nempe se excu-
sando, omnia tamen adhuc dum in visione. In
specie quod audiverit mala, qua fecerit sanctis:
quasi diceret: Domine sum paratus quidem fa-
cere quod jubes tanquam servus fidelis. Sed quia
famosus est in persecutione, quis libenter ipsum
adibit & presenti se periculo exponet?

33. Et propter potestatis persequen-
di jurisdictionem, v. 14. In quo ejus forma,
quod habeat à principibus potestatem vin-
ciendi omnes: quemadmodum eam petiit ab
iisdem, ut ita probaret manifestum esse noto-
riumque, Ecclesia persecutorem, Tum mate-
ria, vincienda eos, qui invocant nomen tuum:
nempe Christianos qui Deum adorant & Chri-
stum invocant, ut ratio satis firma videatur, si
tantum ex humana ratione res agenda foret,
Lupo enim crudeli qua ovis se committeret?

34. Et quoad Christi declarationem
respectu Pauli in electione, v. 15. In quo Do-
ming

minus dixit Vade. Quasi diceret, non est timē-
dus, scio lupum illum rapacem, nihil est, quod
metuas, modò obsequaris & abeas. DEO e-
nim jubente non est cunctandum, nedum ter-
giversandum, quamvis videatur hominis rati-
oni contrarium. Id docet Abrahami factum
in immolando Isacco, monstrat Moisis exem-
plum in educendo populo Israelitico.

35 Et ejusdē ratiocinatio, quia Or-
ganon electum est. Ubi dicitur quoad for-
mam vas, per quod intelligit, sicut innuit vox
σχεῖνος vas capax thesauri Evangelici & Cha-
rismatū Spiritus S. Quoad finē, ut portet no-
men meum coram gentibus & filiis Israel.
Utitur enim verbo βασίλειον ut quemadmodū
in vase portatur panis & cibus, ita Paulus pa-
nem vitæ portaret preconio Evangelica 1. Cor. 1,
23. In vase portatur thesaurus, Paulus iti-
dem & potissimum nomen IESU Christi. 2.
Cor. 4,7. In vase portantur aromata odorifera,
Paulus aroma salutis æterna, ex quo suavis o-
dor vitæ ad vitam exhalat, etiam ad portabat,
2. Cor: 2.15.

36 Et in eius passionem v. 16. In qua nor-
ma quod Dominus ostendere velit ei; quæ
ostensio simul realem preparationē & Spiritus
S. corroboracionem complectitur. Nam non lo-
catus

catur hoc vas in Paradiso mundi, sed inter spinas afflictionum & persecutionum, quia & alios afflixit & persecutus est.

37 Tum causa quod oporteat pati pro nomine: uti enim multi passi sunt ab eodem, ita aequum est, ut similiter patiatur multa; idq; libenter fecit, uti habetur 2. Cor. 12, 10. Gal. 6, 17. Quemadmodum & alii Christiani eandem sortem tenentur sustinere Rom. 8, 17. 1. Thes. 3, 3.

38 Ananiz ablegati præstatio. v. 17. In quo respectu & modi Ananiz facta, ubi q; abierit confortatq;, nimirum à Domino libenter ad explendū officium & mandatū Domini, & introiverit domum designatā, imposueritq; super eum manus uti iussus erat: ille enim fidelis minister, qui adimplet mandata Domini. Et verba quod dixerit, Dominum se misisse Jesum, quem describit: quod ille sit qui apparuerit in via, ne dubitaret scilicet de vocatione miraculosā; propterea & fratrem vocavit, quem prius timuit, & Dominum nominavit, Jesum quem prius Saulus persecutus est.

39. Respectu finis quo visum recipiat & impleatur Spiritus S. nempe corporalem & spiritualem Benigna igitur & gratiosa est legatio Ananie ad Paulum, ut discatur DE I

b

amor

amor erga homines: quippe qui plus prestat
quàm ut intelligere, aut desiderare possimus,
Quae alia verba eius fuerunt, habentur cap.
22, 14.

40. Forma seu modus est in Baptisa-
tione v. 18. In quo antecedens quod con-
festim decidit ab oculis eius squamæ &
visum receperit. Confestim dicitur quia absq̃
mora: nescit enim tarda molimina Spiritus San-
cti gratia. Squamae autem illae testantur, non
vulgarem fuisse Sauli cœcitatē ex sola fulguris
lucē ortam, sed prodigiosam, ut de pristina sua
conditione & horrenda mentis cœcitate com-
moneretur. Visum deinde recepit virtute di-
vina exterius, & simul prectare cognitione lu-
minis donatus interius, uti ex consequente col-
ligitur.

41 Consequens est quod surgens
baptizatus: ut nimirū testaretur se credere cer-
to in Iesū, in cuius nomine etiam baptizari vo-
luit. Quia Baptismus est a peccatis ablutio,
& Spiritus & anima corroboratio Esa. 33, 24.

42 Et quod cibatus: cuius mo-
dus cum cepisset cibum, quia per triduum
ieiunus manserat uti habetur v. 9. corpo-
ris etiam curam post animae medicinam non es-
se negligendam ostendens.

43. Effe-

43 Effectus, quod sic corroboratus: nimirum uti anima per baptismum, ita corpus per cibum sumptum. Atque ita spiritualiter & corporaliter, ut verè vera si miraculosa sanatio.

44 Partim in officii executione cuius notanda est converlatio v. 19. In quo modus quod fuerit cum discipulis Damasci; nempe Christi, ut doceret ecclesiam esse locum ad quem Christiani convenire debeant; nec congregationem esse negligendam. cumque sui similibus esse conveniendum: quia ineptum est confiteri se socium & aversari societatem seu societatis locum.

45 Tum tempus, post dies aliquot. Non igitur tantum accedendum, verum etiam per tempus manendum usque diem confirmatus. Christus adiit templum & mansit ibidem in templo per dies aliquot.

46 In praestatione, cuius describitur locus in synagogis predicatio v. 20. In quo forma, quod confestim predicaverit. Ita nimirum uti ignis non latet, Spiritus Sanctus diu latere neque sed exserit confestim flammam. Propterea Saulus sine mora in synagogis, qua nihil aliud sunt quam schola Iudeorum, in quibus proponebantur. Moses & Propheta, singulisque sabbathis aliquid ex iisdem praelegebatur & ex-

*plicabatur, docuit. Non ergo docendum in
cauponis & popinis sed in scholis & templis.*

47 *Materia est quod prædicaverit
Christum esse Filium Dei. Et hoc facere de-
bent omnes fideles Doctores: quemadmodum
etiam omnes fideles Propheta testati & concio-
nati sunt de Christo. Non igitur fabula ani-
les, uti monet Paulus sunt pro concionibus tra-
ctanda, sed christus quod sit Filius DEI.*

48 *Et effectus partim accidentarius est;
audientium obstupescitio v. 21. In quo factum
obstupuerint Nempe propter novitatem & in-
esperatam mutationem, dum latro sit præco, dum
osor factus doctor Christi; dum inimicus factus
amicus. Et interrogatum annon sit ille Per-
secutor quiq; invocantes nomē Iesu victos
duceret ad Principes. Hæc enim causa erat
stuporis & admirationis, partim infidelium ju-
daorum, partim etiam credentium in Christum
alint colligitur ex Gal. 1, 24.*

49. *Et partim populus ut Pau-
li animosa disputatio v. 22. In quo iterum,
modus, & tam in genere quod magisq; in-
valuerit nempe prædicando per virtutem Spi-
ritus Sancti. Et in specie per refutationem,
dum per doctrinam à Spiritu S. datam docu-
mentis certis redarguerit eos, ut non haberent
quod*

quod reuerent, sed confusi aduersus eum
animis fremere ii, qui habitabant Dama-
sci,

50 Et per confirmationem quod
confirmaverit. Hac enim denotat vox
συμβολαίων allegatis scilicet scriptura testia-
monis Iesum esse Christum. Hic enim est
scopus Doctoris Evangelici, uti & habet Jo-
hannes cap. ult. in Evangelio, & ipse Pau-
lus. Quo igitur Christum non
docet Christi Doctor
non est.



HINC NOTA

I

Saulus spirat) Considera
aduersus Ecclesiam Diabolum
semper excitare persecutores, ut
dilcas Ecclesiam sine persecuti-
one non esse.


2. Saul-

II

Saulus quid me persequeris) Considera persecutiones non tam homines quam Christum ipsum ledere, ut discas si eas passus fueris, Christum vindicaturum.

III

Eris mihi Organon electum.) Considera DEI mirabilem providentiam & potentiam, qui ex persecutore fecit Doctorem ecclesie, ut discas DEO committere Ecclesie tutelam, non humanis viribus.



Questiones Philologicae ex Evangelio.

An

I.

An ἀδελφὴ καὶ γυναῖκα sine articulo
mulierem & non uxorem
denotet?

Ita *Bellarminus* concludit, de
Cler. c. 30. lib. 1. Tom. 2. conv. gen. 2.
dum probamus ex *Apostolo 1. Cor. 9, 2.*
habere potestatem Apostolum
sororem uxorem circumducendi: in-
bi nō intelligi uxorem, sed mulierem,
Verūm si hoc verum, neq; in textu
Evangelii hodierni Matth. 19. v. 29.
neque *Luc 18, 29.* uxor intelligenda.
Et tamen utrobique *Bellarminus*
ipse uxorem intelligit, & propterea
deserendam esse ait, 2. articuli deter-
minant quidam, sed non planè mu-
tant significationem, 3. Antecedentia
& consequentia potius expla-
nant. Et cum hic agat *Apostolus*
de sorore seu fidei Christiana, uxor
intelligitur, quia aliàs non opus fuif-
set addere sororem, quæ vox non

consanguinitatis, sed religionis signi-
ficativa, opponiturq; gentili. Et Pe-
trum circum duxisse suam petet ex
Nicephoro lib: 2. c. 44. Hist. Eccles.
qui crucifigendus alloquutus est &
adhortatus ad constantiam suam his
verbis. *Memineris, o mea, Domini ob-
secro.* Et *Ignatius* testatur *Epistola 9.*
ad Philadelph. Omnes, excepto Jo-
hanne habuisse uxores, teste ipso *Bel-
larmino.* Ita & *Ambrosius* in *2. Corint.*
11. Petrus enim habuit filiam Petro-
nellam: Phillipus ititem filias, quas e-
locavit *Euseb. lib, 27.* Ita & *Philippus*
Diaconus Actor. 21, 9. Deservisse
verò post officium, negat *Socrates lib.*
5. cap. 21. h istoriæ Ecclesiasticæ, dum
inquit: Non pauci illorum dum e-
piscopatum gesserunt, liberos ex a-
more legitimo procrearunt.

II.

*An omnia relinquenda propter
religionis professionem?*

Ita Jesuita ratiocinatur *Bellar-
minus*

minus Tom. 2, Contr. Gen. lib. 2. de Mo-
nachatu cap. 45. sed alia ratio est A-
postolatus, alia Monachatus. Apostoli
non sponte vitæ genus elegerunt, sed
vocati sunt ad id propter nomen
Christi Matth. 19, 29. Propter E-
vangelium Marc. 10, 19. Monachi
Sponte sese abdicarunt, nec vocati
sunt. Deinde Apostoli non mendi-
carunt, nec enim tanta avaritia fuit
Christianorum illius seculi, ut hoc
permiserint. Reliquerunt quidem
omnia, sed ad tempus, quoad usum
ordinarium. Alias retinuit Petrus
domum; Marc. 1, 29. naviculam Luc.
5, 3. Abiit piscatum post Christi mor-
tem Joh. 21, 2, 3. Dum secuti Chri-
stum non usi sunt talibus; Unde tem-
porale est mandatum, post legatio-
nem primam abrogatum, Luc. 22, 36
Christus dicit, quod antea sine pera
abierint, nunc verò dicit saccu-
culum qui habet tollere debet. Chri-
stus ipse loculos habuit Joh. 13, 29. è

b s

qui-

quibus jubebat dare pauperibus: Unde & Joh. 4, 8. emptionis ciborum, fit mentio, & necessariorū ad festum Joh. 13, 29. Apostoli habuerunt gladios, Luc, 22, 38. Paulus penulam Act. 14, 13. 2. Tim. 4, 13. Quum potius abibant Apostoli piscatum, quàm mendicatum Joh. 21, 3.

Ad Respondentem

Sint vel athena licet; sint et Marpessia
corda

Emollire potest at tamen illa Deus.
Hinc simul in templo Domini maris Orbis
aheni

Ut purgarentur sacrificanda prius.
Id monstrat Saulus spiratus, cadesque
minasq̃.

Sed citò fit Paulus, qui modo Saulus
erat.

Ista refert Lucas, repetit KESLESUS,
aheni,

Pergat: & in templo post faber
aptus erit,

QUEINZIUS.

Licem, Paule, tibi sacram nitentis
Vestitam spoliis poli coruscis
Prisca gens coluit statûs futuri
Præfagam velut indicem sereni,
Econtra Boreis Notisve cœlum
Scævis ominibus strepens dicârunt,
Designare feros rati tumultus.

PAULINIS operatus es, serenâ,
MIKESLERE *Sacris*, poli figurâ
Illustrans radiis diem sacratis,
Quos orâcla Tibi DEI ministrant,
Non, *Delfi tripodes*, Jovis columbæ
Dodonæ nemoris nec ista præstant,
Æternæ Tibi sed *lobes* Salutis
Bracteas rutili rependit auri.
Huic rursus studii tui vigorem
Transmittas, & erit *lobes* refertus
Laminâ rutilâ beatitatis!

DAV. LINDNERUS.

Wan Saulus gleich für Grim sehr schneu-
bet und grassiret/
Die frommen Christen-Leut von wahrer Lehr-
abführet/
Und von den rechten Weg zu treiben ist
gesinnt/
So stürzt doch Gott ihn bald / das er muß
werden blind.

Demum

Drumb wen dich / lieber Christ / der Feind schon
in die Fessel

Vnd Strick gefangen hett / vnd nun in seinen
Kessel

Zu sieden dich gedacht mit Kezer falscher
Lehr /

So trawe nur auff Gott / der lest dich nim-
mehr.

Er hat Der keinen nicht / so ihm vertraut /
Vergessen /

Ob Gleich der Feind sie hat in Senffe wollen
fressen:

Er schafft oft wunderlich / das Saul ein
Paulus wird /

Der Wolff ein Schaff / ja wol des Schaffs
leins trewer Hirt.

Dies vns iht Kezler zeigt / in dem er vns will
Lehren /

Wie man ablassen soll von irthum / sich bekeh-
ren

Zu Gott von herzen grund. Wird er so fah-
ren fore /

So wird ihm offen stehen die himmels-
Gnaden-Pfort

Hoc L. M. Q. apposuit

Paschasius Thomasius

Parthenopolitanus S.

Wer

W: Er seiner Sinnen Sinn wil in
den Himmel schwingen /
Der mus der Sünden reu vor
Gott dem höchsten bringen:

Und ein zerknirsches Hertz / wie Da-
vid hat gelehrt:

Wer solches nimbt in acht der ist recht
wohl bekehrt.

Wer aber folgt der Welt / vnd seinen
stoltzen Sinnen /

Der ist von Gott veracht / wie auch sein
gank beginnen:

Weil er folgt seinen Rath der nichts als
vnrath ist /

Und der von jugend auff ist voll von
böser List.

Wer aber nimbt in acht was vns hier
Paulus weiset /

In dem er sich bekehrt vnd hin zu Chri-
sto reyset /

Der thut gar recht vnd wohl / der kan
die stoltze Welt

Verachten / vnd das thun das ihr gar
wohl gefelt.

Den was ist liebers wohl in dieser Welt
zuhören

Als

Als **GOTTES** edle Wort' vnd seines
Sohnes Lehren?
Wer solches nimmet auff der ist mit
GOTT vermählt
Ob er schon sonsten Weit in seinen Sinn
gefehlt/
Der **W** isgunst dieser Welt kan er sich
auch entbrechen
Vnd sich mit Paulus hier auß Gottes
Wort steiff rechen:
Wie vnser Kessel thut: Er schöpffet
recht vnd wohl
Aus Paulus Kessel hier / der Lehrens
Rehr ist voll.
Drumb schöpffe nur so fort in Kessel
deiner Sinnen
Bis dich der Schöpffe selbst nimbt in
des Himmels Zinnen/
Da wirstu schöpffen stets des Lebens
süssen Saft/
Den dir hat **GOTT** bereit durch seine
grosse Krafft.

Wie Herzlich
wünschet

Christoph Sampe von
Numburg aus Böhmen.

AN.

AΝΔΡΟΦΟΝΘ ΣΑΥΛΘ κακὰ εὐσεβέως
Φυτεύων

Χριστιανὸς πῶς ἐξαπίνης ἐγγνήθη ἀμεμπιΘ,
Ταῦτα ἀποστολικαὶ πράξεις δεκνῦντι ἀπαντα
ΑΛΛΑ ΙΩΑΝΝΗΣ ΚΕΣΛΗΡΟΣ ἀπὸ δὲ ὁμοίως,
ἐν κατὰ τὴν γενήσῃ ἐπὶ θεοῦ ΧΑΛΚΕΙΟΝ
τῆς σοφίης καὶ τοῦ θεῶ ἡγὺς ΧΑΡΙΕΡΓΟΣ.

S Aulus Apostolicâ simul hac retinetur
in aulâ

Qui lupus ante rapax vestitus vellere
molli,


Et qui praeceferox evadit praecece JEHOVÆ.
Hoc docet & Lucas, nobis & monstrat
abundè,


Sed repetit nunc JOHANNES KESLERUS:
ahenum,

Si pergat, fiet Sophia caelestis amandum
Filius atq; DEI gratissimus usque po-
tentis.

Christianus Funckius.

F I N I S.





C
f
g
3
a
T
cu
25
2
V
6
p
leg
E
ß
4
in
Et
de
hi



Quæstiones Philologicæ ex Evangelio.

An publicanus oraverit stans, an verò flexis genibus?

Quum non facile sit discedendum à literali & propria verbi significatione, nisi cause subsint ex circumstantiis aut parallelis locis prægnantissime; Et legatur de publicano, Luc. 18. 3. quod ἐστὼς steterit, nolueritq; oculos suos ad cælum levare, mirum est quare quis vellet Peregrinum sensum hujus verbi ἰσχυρῶς argere, cum & idem verbum de orantibus Marc. 11. 25. usurpetur ubi formula orandi prescripta.

2. Quia etiam stantes orare soliti fuerunt in V.T. Judæi, uti videre est 2. Reg 5, 11. 2. Paral 6, 11. Neque probari poterit, quod in plateis publicis flexis genibus oraverint Et de his tamen legatur Matth 6, 5. Quod ἐστὼτες, stantes orantes Et 3. etiam cubantes orare possunt, uti constat ex Ps. 6, 7. & Manassæ in Oratio. Quia 4. adiaphorus est ritus externus orandi. Quæ in contrarium allegantur, ac si 1. Judæi in sanctuario prostrati in terram preces fuderint, uti denotat verbum totius corporis prostrationem, hischthachava Et verbum Baarah 1. Sam.

)(

13.

18, 10. Ps, 95, 6. Uti & Baarah, reliquaque
singula demissionem capitis cum superiore cor-
pore significant, particularia sunt. Nec enim
sequitur, ubique & semper illud factum: Cum
& Gen. 19, 27 dicitur, quod Abraham Amad
steterit, id est oraverit. Hinc & stationes
Amidotb, pro ipsis precationibus à Rabinis usur-
pantur. Uti & legitur apud Manahemum in
Comment: super Mosen: Non est statio nisi pre-
catio.

2. Quod Christus ipse Judaico modo flexis ge-
nibus oraverit Luc. 21, 41. Sed iterum parti-
culare, non universale est, cum & legatur Job,
17, 1. Quod precatus fuerit, & oculos sustule-
rit ad cælum, genu autem quod flexerit, non
habetur.

3. Quod, quia à Christo aliquid postularint,
etiam genua flexerint Act: 7, 60. Sed & hoc
particulare est, cum & multi steterint. Quive-
rò verbum ἵσθης dicunt idem denotare, quod
adesse, hellenistico more, sive quis stet, sive
quis sedeat, uti usurpatur Exod 33, 10. 2 Paral.
4, 32. Esa: 3, 12. Et Luc. 7, 38. Ubi mulier di-
citur, quod stans secus pedes ejus fleverit, &
lacrimis eos rigaverit, quod tamen stando fieri
non potuit. Verùm nec sequitur, propterea e-
tiam

riam publicanum provolutum fuisse in pedes,
quia de muliere hic additur quod pedes rigaverit,
de publicano non itidem. Quin accubuit Usus
ubi pedes non ita dimissi, quo min^o etiã stans hoc
perficere potuerit. Et ι . nō negatur aliquãdo per
bum $\iota\sigma\eta\mu\iota$ notare solã presentia, aliquãdo verò
etiã presentia modum, aliquando exordium &
inchoationem, aliquando animi constantiam, uti
habet Maldonatus, Tom: 2. in Lucam.
Cumq; alias etiam fuerit arrogans Phariseus,
equè de eo legitur, quod $\sigma\alpha\theta\eta\varsigma$, id est cor-
pore ita dispositus, oraverit. Publicanus verò
 $\epsilon\sigma\omega\varsigma$, ac si talis cura non fuisset. Quod Hel-
lenisticam linguam concernit, quasi peculiaris
à Græca, non ignoramus equidem, quid recen-
tiores quidam asserant, ac si ea foret, quam
usurparunt septuaginta Interpretes, & quæ ha-
betur in Novo Testamento. Verùm $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\alpha\nu$
 $\alpha\gamma\eta\mu\alpha$. Quia hebraismi & Syriacismi quidem
insunt, interim tamen ille sermo non verè di-
citur $\epsilon\delta\alpha\eta\upsilon\iota\varsigma\delta\upsilon$, qui $\epsilon\beta\epsilon\alpha\iota\varsigma\delta$: Et quia antiqui
Critici, voces illas & dicendi figuras, quas illi
pro hellenisticis habent $\alpha\upsilon\epsilon\delta\alpha\eta\upsilon\iota\varsigma\delta\varsigma$ vocant.
Ita Phrynichus in Atticista eas appellat, quæ
Idiotice, vulgo imperito trite sunt. Alia Vere-
ribus fuit incognita, cum $\epsilon\delta\alpha\eta\upsilon\iota\varsigma\eta\varsigma$ sit idem,
qui

qui rectè lingua Græca utitur; Et qui super-
stitioni Gentilium erant dediti, ut habet Sozo-
menus, lib. 6. cap. 34. Suidas in Ammonio,
& Theophylactus in Actis. Vid. Claudius
Salmasius, in præfatione lib. 2. de usuris.
Paucis, Augustinus lib. 2. ad Simplicianum,
quest. 4. Publicanus de longinquo stabat. Vid:
Gerhardus in Harmonia cap. 149. pag: 751.
Quare dicantur adscendisse ad orandum?

Quia & literaliter intelligendo, templum
Hierosolymitanum situm erat in monte Sion.
Et quia aliàs vox ascendendi de profectioe ver-
sus Hierosolymam suscepta, aliquoties apud Ev-
angelistas occurrit: Matth. 20, 17. & 18. Marc.
10, 32. Luc. 2, 42. & 18, 31. Quin referente
Josepho, lib 6, de bello Judaico cap. 6.
Hierosolyma erat super duos colles condita, con-
trarius frontibus semet inspicientes, ut sic quasi
per gradus quosdam fuerit non tantum in ur-
bem, sed & in templum ascendendum. Unde
Templa sunt solita extrui in montibus. Quemad-
modum non tantum legitimum Hierosolymita-
num, sed etiam illegitima in montibus uti habes
Josephus lib. 11. Antiquitatum cap. ult:

Handwritten signature or initials, possibly "H. 4968".

depa
zo-
nio
liu
ris.
um,
rid:
751.
?
mo
no
per-
Ev-
arc.
ente
6.
con-
nafi
ur-
nde
ad-
ita-
bes

JOSEF WOTTITA
Bibl. - R. Anhalt
Prenzlauer

VONT

Instandsetzungsschein

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970

Th. 4968





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Blue
Cyan	Cyan
Green	Green
Yellow	Yellow
Red	Red
Magenta	Magenta
White	White
3/Color	3/Color
Black	Black

22

LICIARUM
OLICARVM

atio Extraordinaria
PRÆSIDE

ANO GUEINZIO
e Gymnasii Hallensis

Respondente
NE KESLERO
auchâ Tyrigetâ
onversionis Pauli
DC. XLIV.

LLIS SAXONUM
redum Melchioris Oel-
schlegelij.

